

GEORGI CASP. KIRCHMAJERI,  
Orat. in Electorali Acad. Witteb. P. P. &c.

De  
Natura IGNIS, & à LUCE differentia,

ad  
Polyhistorem Celeberrimum,  
DN. ANTON. MAGLIA-  
BECHIUM,

Magni Etruriæ Ducis Serenissimi  
BIBLIOTHECARIUM, &c.

Epistola & Commentatio

**N**ot tantaq; sunt merita in celebri-  
ores Viros publica, ANTONI, tua, quibus  
non modò veterem provinciarum genti-  
umq; dominam, Italiam, sed & Germani-  
am ad decus famæ duraturæ illustratum is;  
tanta etiam in me singularis benevolentia  
ac liberalitatis tuæ extant documenta; ut, unde inci-  
piam, aut ubi desinam verborum, invenire unà equidem  
haud possim. De publicis testatur, qui Te amat Magnus  
ille, perque Europam cultiorem non sine miraculo Vir-  
tutum visus ante annos aliquot, ULYSSES ille, Dux Po-  
tentissimus Italiae Florentinus. Loquitur & orbis eru-  
ditus magis, quàm vel Florentia vestra, Urbs digna, CA-  
ROLI AUSTRIACI Archiducis iudicio, quæ non nisi